

ferunt Deo hostiam viventem, & Deo placentem, immaculatam. Hugo a Sancto Viç.
In felix qui legem vitæ & disciplinæ abicit, & majorum gubernari magisterio refugit. Bernard. lib. de ordine vitæ, & morum instit.
 Multos videmus juniorum, sepe senes intendere moribus dice, & antiquiorum tempora prævenire meritis. & quod deest etati virtutibus compensare. Idem Epist. ad Theobald. militem.

PARAGRAPHUS V.

Ea, quæ ex Theologia, Ethicæque penæ ad hoc argumentum possunt depromi.

Quid sit, & in qua sit Adolescentiæ institutio.

Adolentia educatio bifariam potest considerari; 1. quatenus ad eos atinet, qui illius erudiendæ curam susceperunt; 2. quatenus spectat ad pueros ad officia sua rite præstanda imbuendos. Hæc Institutio, si spectetur quatenus ad illos pertinet, qui adolescentibus erudiendis præstant, non aliud est, quam attentata, ac sollicita cura instituendi mores eorum, sana in illos consilia inmittendi, eosque virtutis, urbanæque vitæ officii imbuendi. Quatenus vero ad pueros edocendos atinet, in hoc posita est recta educatio, ut disculo bona pietatis, ac religionis ediscant rudimenta, bonos habitus in omnem vitæ curriculum permanentes efforment; & quoad urbanæ vivendi rationem, a teneris iis assuetum moribus, qui officios viros, pioque Christi affectus maxime decet. In hoc recta puerorum educatio sita est, non enim hic verba facimus, quomodo alendi sint, atque in officio continendi, quod ad parentes pertinet, de quorum officii alibi erit sermo. Scias adolescentem nomine a nobis istic minime indigenti eos, qui nondum ad rationis usum pervenerint.

Quocumque modo, & qualicumque in sensu educatio ista consideretur, liquet, profus Christianam esse debere; cumque in ea tum docentium, tum docendorum salus agatur, & plurima inde oriri possint in utramque partem seu bona, seu mala; liquet, inquam, hanc tamquam maximi momenti rem esse habendam. Quævis utilitatis, humanorumque respectuum ratio huic cedat, oportet; idæoque nihil omnimodum, quod huic professe, omnia evitanda, quæ huic officio posse credantur. Hi omnes, qui hanc suscipere provinciam puerorum instituendorum, Pastores, gubernatores, præceptores Deo se rationem sciant reddituros, si quid mali ipsorum incuria, exempla prava, vel indulgentia pepererint; ipsi vero adolescentem reputent omnem huius, futuræque vitæ felicitatem ex his pendere præceptis, quæ sana, atque recta in hoc ætatis flore perceperint.

Aburdum profecto videtur pueros tanta cura profana docere scientias, cum interim omnis negligatur cogitatio eisdem salutis scientiam tradendi, quæ omnium est difficillima, & quæ una omnium maxime, immo unice est necessaria. Hinc fit, ut præclare quis actum existimet, si pueros primis Christianæ Doctrinæ rudimentis imbuerit, quæ tunc discuntur, cum vix aliquot verba reddere possunt; atque profus ea ratione carent, quæ ad verborum eorumdem sensum percipiendum requiruntur: licet reliquam vitæ spatium in sanctorum mysteriorum, eorumque præceptorum, quæ in Christiana morum disciplina præquam necessaria sunt, nequissima ignorantia tradantur. A teneris igitur incipiendum est, cum suppetit tempus, majore est dicendi facilitas. Hoc tempore erudiendi sunt homines ad Christianarum virtutum exercitationem; memoria eorum Evangelicæ disciplinæ rudimentis est imbuenda, ut norint, quid Deo, superioribus, inferioribus, & paribus debeant. Si profectioni ætate ad Philosophiam vel ad juris scientiam, aliamve facultatem excolendam animus traderetur, nemo sano in illis exelleret; igitur si diutius Divinæ legis studium differret, qui hoc fecerit, næ ille quidem semper imperfectus erit, & suæ Religionis ignarus.

Nollus dubitandi locus est, quominus Charitas cæteris virtutibus præstet; neque minus liquet, zelum perfectissimum esse Charitatis opus; non enim aliud est, quam fervor, atque divini amoris estusio, qui cum cordis angustiis capi nequeat, superfluo, quod plenitudinis indicium est. Hic nobis iudicium ferre licet de præstantia numeris eorum, qui pueritæ excolendæ operam navant, eamque

studium ad virtutem traducere. Profecto cum conrariorum eadem sit ratio, ac disciplina, cum nullo adit peccatum, in quo Filius Dei vehementius infurexerit, quam scandalum, ex quo flagitia ediscunt pueri pravis exemplis ad imitandum illecti: *Væ Mundo a scandalis;* cumque inter scandala illud habeatur nequissimum, atque flagitiosissimum, quod præbetur adolescentibus, quæ exempla scelera facili negotio movent, atque corrumpunt; inferendum est inter ea bona, quæ Deo acceptissima præstare possunt, illud potissimum esse, proximum videlicet, (adolescentulos vero præsertim qui magis susceptibiles sunt, & quorum fructus in omnem vitam protenditur) ad virtutis exercitationem, amoremque excitare.

Inter eos autem, quos zelus ad proximorum salutem, communemque ciet utilitatem, principem profecto locum li teneant, oportet, qui pueris erudiendis se de fervent. Ethnicos ipsos, licet solum rationis lumen ipsis affulgeret, hæc veritas minime latuit. Afferit Plato nihil esse divinum, quam pueros ad virtutem formare: ejusque discipulus Aristoteles addit, omnia esse eorum institutio procedere; intelligit autem, & privatorum, & Reipublicæ bona. Privatorem sane bonum inde fuit, boni quippe mores fructus sunt plantæ bene excoltæ, ac rite institutæ adolescentiæ. Moralis vita, non secus ac naturalis suos habet ortus, & incrementa. Puer in lucem editus sicut cum defectu corporis, omnium dierum suorum spatio informis erit; cum enim defectus, ac vitium in ipso extigerit vitæ primordio, tamquam insanabile tendendum est. Hoc ipsum de illo dicendum est, qui a pueritia male fuerit institutus; & miracula instar credendum est, si senectutem a vitii alienam traxerit. Hoc ipse testatur Spiritus Sanctus per os Salomonis: *Adolescens juxta rationem suam, etiam cum senesit, non recedet ab ea.*

Patrum æque, ac Theologorum constantis sententia est, rectam sanctamque educationem habitam semper fuisse tamquam prædestinationis initium, indiciumque ob eas, quas attulimus causas, numquam satis repetendas. Hinc enim bona, sanctaque vita procedit: hinc pietatis, & religionis spiritus accipitur: hinc præcepta ad vitam pie transigendam hauriuntur: hinc denique boni habitus efformantur, propter quos tuemur innocentiam, & in bonorum operum exercitatione perfissimum, quæ nobis Dei amorem, & finalis perleverantiam gratiam promerentur, quæ prædestinatio nostra confirmatur.

Perperam autem inquit nonnulli, ut adolescentiæ licentiam probent, vel saltem eam tolerant, quin medicinam fundant afferre; perperam, inquam, alunt, non deuisse impuros homines, qui ubi ætatis desideraverit ætatis, penitentiam egerint serio, & deinde frugi, castamque vitam duxerint. Hæc enim exempla pervera sunt; & ex Patrum sententia, miracula in ordine gratiæ æque sunt inordinata, ac mortuorum resurrectio in ordine naturæ; eaque non sine presumptione sperari possunt, quæ ipsa præsumptio iidem nos præstat indignos. Secundo, converso tunc longe difficilior est; si enim in adolescentia studia nostra nobiscum nata in malum proclivia frenare non valeamus; num illis, ubi accesserit habitus, ac ex habitu robur, frantum insipientium? Denique unde didicimus nos antea diem non obituros? Dei clementiam eo usque lacessere, ut ex eo quod infinite misericors est, ejus lædendi occasione accipiamus, non ne idem est, ac se immatura, funestaque morte dignos exhibere?

Inter perniciosissimos delos, quibus utitur Dæmon, ut adolescentem in effræm vivendi licentiam, flagitiosamque libidinem impellat, ille cohortem ducere videtur, qui suadere conatur, ætatem hanc non virtutis, pietatiq; fed voluptatum, ac solatorum tempus esse: ita enim illum Sapiens inducit pueros alloquentem: *Lætare juvenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in visis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum.* At Rex ille vera septientia repletus, te, inquit, ammonet, Deum ex te rationem flagitiorum tuorum expetiturum, & quamvis conveiant homines, & adolescentiæ nomen tuæ impuritati prætextat, aliter ante Omnipotentis Tribunal statutum iri. *Scito, quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.*

Nemo ignorat incredibilem pravorum habituum vitæ, qui ubi semel radices jecerint, inde non nisi

Mat. 18.

Horum zelus perfectissimus.

Bene instituta pueritia prædestinationis indicium.

Qui adolescentiam in viciis traduxerunt, raro, ac difficile convertuntur.

Fallitur, qui adolescentiæ tempus voluptatibus addicendum putat, ut pote eas tum pro, tum pro.

Eccl. 11.

fimum cum labore possunt divelli: hoc illis proprium est, quod diutius perseverant, & difficile dilabuntur. Verum ex pravis habitibus illi, qui ab ipsa induuntur adolescentia, accerrimi sunt, atque vix ulla cura evellendi. Et ratio constat; affectus enim, qui sunt vitiorum instrumenta, nisi eo tempore virtute regantur, cum ætate adolescent, atque adolescentem virum agent, solidantque, quod, cum in dies illi novæ accedant vires, tandem nulla potest arte superari. Hinc Scriptura indigitate cupiens vim habitus pravi ab ipsa pueritia constati, sententiam adfert juxta ad adolescentum oculos statuendam: *Offa ejus implebuntur vitiiis adolescentiæ ejus:* hoc est vitia, ac mala adolescentiæ studia eo usque procedunt, & altas adeo in anima radices figunt, ut ibi ad mortem usque persistant, quod quotidiana docemur experientia.

Si verum est, adolescentiæ vitia ægre emendari, hinc profecto sequitur, pleraque flagitia, quæ in hominibus grassantur, illinc originem trahere, quod flagitiosa fuerit adolescentia: id vero clarus in illis patet, qui dum inter studia versantur, a vitiiis minime abhorruerunt. Ea autem ratio est, quod hi & Ecclesiasticos, & Sæculares honores adificuntur, & hoc in statu ab adolescentiæ suæ vitiiis, sceleribusque non recedunt, neque eas exuunt impressiones, quas ab ineunte ætate imberunt. Cum autem hoc in gradu flagitiosum traducant vitam, malum non in ipsis tantummodo continetur, verum ad omnes late diffunditur, qui ab illis documenta, atque exempla percipiunt, & vitiorum imitationem, morumque corruptionem ediscunt.

Dæmon perdidit ille humanæ salutis inimicus nihil magis expavescit, quam recte institutam adolescentiam, ideoque tunc temporis vitiosum tentat, omneque conatus exerit, ut in peccata pueros impellat; id si fecerit, certus futurum, ut hi in nullum reditus spem intendant. Novit ille, pravam hujus ætatis culturam funestis exitus sublequi, pertinaciam, cecitatem, indurationem, impenitentiam; ac demum intelligit, nullam ad omnem terrarum orbem sceleribus implendum, atque homines certissima damnationis adducendos viam esse certiorum. Hæc de causa nihil intentatum relinquit, ut adolescentiæ corruptam innocentiam, veluti salutis, honorumque omnium originem. Scit ille ad fluminis aquas veneno inficiendas satis esse, si virus fontis immittatur, qui facili negotio rivis omnibus labem communicat.

Quemadmodum educatio proprie est ars pueros excolendi, illos quæ scientiis, quæ rectis moribus imbuendi, eoque docendi omnia tum urbanæ, tum Christianæ vitæ officia; hæc neque naturalis ingeniorum opus, neque quorundam præceptorum opus, quæ sine arte, sine methodo, in parte, scientia, ordine operantur, ac probe adolescentiæ excolatur. Nulla, imo quidem sententia, magis communis, magisque necessaria scientia esse potest: versatur enim circa ea omnia, quæ ad honestum virum, perfectumque Christi affectum efformandum conducunt.

Affectus nobiscum nascuntur, neque diu infirmi sunt: igno & rationis infirmitate, atque indulgentia, quæ prima ætatis excipit solet, semper abutitur. Educatio experientie defectui supplere debet; hæc docet illos subigere, atque per ætatem sint metuendi, & nisi vitiorum horror rationem, ut ita dicam, prævertit, huc saluberrima consilia, & ægregia Documenta nimis sero afferuntur.

Adolescens recte institutus, si ceciderit, facilius ad frugem redit, quam qui non ita belle fuit educatus. Flagitiosus juvenis nulla exultus disciplina multis caret subsidiis, & vere dicere possumus, institutione animam fieri docilem. Vitium spiritum quidem habet emittit, nunquam tamen penitus tollit prima honestatis, ac religionis rudimenta. Idem sermo accidit, ac in senibus, & plantis, quæ diutius abditæ, atque insensite jacent, veluti mortuæ, nive, hymalique glacie obrute, sed hoc eodem in statu vite principium retinent, quæ vere quodammodo renascuntur, temporibus suis fructus optatos allature; ita rite educatus adolescentem ad ætatem sui obliviscatur, si a Dei servitio recedat, si in peccato mortuus videatur; accepta institutio in eo vite germen relinquit, cuius ope ad gratiam reviviscit, ubi Dens mentem ejus illustraverit, quod identidem præstare non cessat, & cor ejus calefecerit, in quo plures annos Charitas interperat.

Nihil Dæmoni auctius quæ pueros in suas partes allicere.

Institutio bona non solum ex bono ingenio puero, sed cura opus est aique industria.

Adolescentiæ educatio supplere debet experientie defectum.

Optime educatus facilius redit ad obsequium.

Cum doceat educatio a teneris frenare affectus, amorique proprii studii habenas immittere, extram omnem dubitationis aleam positum est, eadem maximum ad virtutem acquirendam adjuvamentum adferre, ejusque exercitationem efficere faciliorem. Tradit hæc modestia regulas, & documenta, quæ virtus libenter adoptat, & perficit. Quemadmodum enim urbani, officiosique modi qui inter honestos viros jucundam efficiunt consuetudinem separari nequeunt ab ea morum suavitate, ac ratione, quæ erga illos, quibuscum agitur, est habenda; pietas agrum invenit minus inculcatur, minus, ut ita dicam, veprim, quæ evellat, invenit, minisque obfasculorum, quæ infringat. Profecto ii omnes, qui exculi sunt, & mundum norunt, non omnes devoti sunt, neque virtute præditi; urbanitatis enim officia servari possunt, cum interim Evangelii negligatur officium. At raro invenieris aliquem veta ornatum virtute, qui non sit urbanus, suavis, affabilis, honestus.

Institutio, ut bona sit, Christiana esse debet. Non ingenia tantum puerorum sunt excolenda, quod tanti laboris non esset; eorum iure affirmamur possimus in morum scientia voluntatem potius, quam intellectum esse exercendam. Sin autem mores ab Evangelicis dissentiant præceptis, illi profecto Christiani non sunt; ideoque horum doctrinam maximam educationis partem constituat, oportet; educatio enim imperfecta est, si id negligas vel quod voluntatem, vel quod memem informatur. Quæ in re notandum est mundi facilitas, quam saluti scientiam acquiri. Minori difficultate urbanitatis, quam Evangelii documenta discuntur; alia tamen aliis inserviunt, mutuique fulciuntur subsidii; atque optime instituta educatio alterum ab altero non sejungit.

Ad pueros autem erudiendos, nequaquam satis est zelo, ac pietate præditum esse; immo nec factis est artes omnes, quæ habentur in pretio, calere; sed tenere, opus est, artem virtuti, ac scientiæ amorem conciliandi apud adolescentes, qui suoque ingenio neutrum diligunt. Diutius studere oportet, quid adolescentia conducatur, ut apte possit erudiri. Ingenium suppleat nequit experientia defectui. Intus & in cute explorandi sunt puerorum animi, innataque studia; & corda eorum concilianda. Nescio quid amplius requiratur, quam eorum sibi amorem, ac reverentiam comparare, ut bene instituantur. Numquid ergo mediocre ingenium requiritur? numquid vulgaris sufficit experientia, ut quis idoneus habeatur, ad pietatis amorem cum scientiarum voluptate, urbanitatem morumque suavitatem cum virtutis, studique cura in alumnis sciendum?

Quidam sunt ætatis defectus, & quidam defectus naturalis indolis in adolescentia: illi quidem communia, atque universalia remedia possunt admittere; horum vero natura penitus est investiganda, ut statim opportuna, præsentis medicina applicetur. Blandiri morbis, idem est, ac eos nullo pharmaco sanandos efficere; nonnumquam tamen vereri, ne nimis eisdem blandiaris, idem est, ac eos irritare. Medela ex moderate severitate, prudentique suavitatem constare debet; scire oportet, pro temporis ratione, & increpare, & laudare, dissimulare nonnumquam, aptare præcepta, ac ipsam rationem præcipiendi sedulo expendere, puerorumque ingenia, captumque explore ita ut jure affirmari possit, nemini plura esse præcauenda quam illis, quibus adolescentia insititende cura demandata est, si rite velint suo munere perfungi.

Non desunt animi præclaris adeo decorati doriibus, corda ita bene nata, ingenia adeo felicia, ut virtutem exiguo illis labore constare dici queat; & vix aliquid institutionis percipiendum reliquunt; at quam raro hæc accidit! illi quoque indigent cultura, & asseri etiam possit, licet egregium sit a natura sortitus fuerit ingenium, id parum esse, nisi summa cura excolatur. Alia vero adeo mala sunt, & facili adeo negotio in malum feruntur, ut ingentis sit operis ea reformare, nisi ars doctæ manus accesserit. Sed ut generatim loquamur, nullum est adeo rude, atque informe, quod tandem non expoliatur, & ad virtutem vocetur, si a teneris inchoetur, dummodo & idoneus cultor adit, & opportuna methodus adhibeatur. Sollicitæ curæ, ubi de peribis institutis agitur, numquam felici effectu destituuntur.

Doctores non pauci, qui in hoc argumentum elucubrati sunt, animadvertunt, adolescentiam uti

Recta institutio faciliorem efficit virtutis executionem.

Educatio bona sit Christiana.

Arts educandi peritior requiritur magister.

Remedum contra vitia adolescentiæ.

Ingenia quædam sunt adeo felicia, ut facile insistantur.

Natura corruptio efficit, ut

ad virtutem acquirendam accedere debeat institutio.

magnis flagitiis, ita prestantibus virtutibus amplectendis parem esse: cum hoc tamen discrimine, quod humana natura parentis peccato corrupta in semet flagitiorum omnium fontem habet, atque principium, ita ut vi opus sit ad virtutem capendam, ad virtutem vero amplectendum satis sit, tuis te studiis tradas; ideoque virtutem longe esse difficiliorem eo quod ejus actiones perfectam requirunt integritatem, cum omnibus circumstantiis ejusdem; ubi e contra unius rei necessitate defectus sufficit, ut cetera pessum eant. Hinc nullo Doctore malum indiget, ut discatur; & nonnumquam videtur pueri adeo nequam, qui ea committunt peccata, quorum nomen ipsum aetas illa ignorare debuisse videtur; cum e contra, ut quis constantiter virtuti adhaereat, sancta, rectaque educatione sit erudiendus.

S. Ambrosius, alique nonnulli in rem nostram animadvertentur, nullum esse naturale ingenium adeo prout in vita, quod in adolescentia corrigi nequeat, si recta institutio adhibeatur, & ea, quae par est, cura & Divinae gratiae subsidium ad educationem: sit: nam ad rem etiam naturam corrigendam, earumque immutandam qualitatem tot rationes adinventae fuerunt. Esto exempli gratia duplex arbor, altera quidem acerbos, amarus altera fructus gignentes, quarum ingenium veluti quoddam, acerbitas sit, & amaritudo: nihilominus ars fuit excogitata, qua utriusque fructus ad saporis suavitatem vocarentur, atque utriusque natura immutaretur. Quod igitur ars, atque industria agriculturæ in arborum præstitit natura, id non poterit gratia cum recta institutione conjuncta ad hominum ingenia temperanda, in adolescentia præsertim, quæ facile & bonis, & malis præceptis imbutur?

PARAGRAPHUS VI.

Loci ex Aetietis, & Concionatoribus Neotericeis in hoc Argumentum de prompti.

Omnia hominis vitiæ ab adolescentia abesse putantur, quæ in pueritia non deponuntur.

Hoc primum animo altius sibi insigere debet adolescens, omnem suæ vitæ curriculum ab ea ratione pendere, qua adolescentiam ipsam transigerit. In pueritia facile habitus contrahuntur, qui non nisi cum labore summo deinde exuuntur. Si a puero Deum times, virtutem colis, peccatum odisti, & reliquo vitæ tuæ spatio sapiens eris; at si egregia, quæ tibi traduntur, documenta contemnens te omnibus corruptæ naturæ vitiis mancipas, hæc vitia ipsam usque ossium tuorum medullam pervadent, inveteralcent in te, non nisi ægerime a te divellentur, tibi que ad obitum usque mordicus inherebunt: *Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentia ejus, & cum eo in pulvere dormient.*

Reverens Auctor.

Si originem æterni tot reprobatorum interitus alius scrutari velimus, quotam occurrent, qui perniciem suam referent acceptam incuriæ, qua innuitur fuerunt, atque ad christianam pietatem instituti? Tantumne videretur in hominum moribus corruptelæ ac parum adeo religionis in adolescentia, si pueri accuratius erudirentur? Omnia illis in mundo sunt metuenda, & nisi admoneantur offendiculorum, & laqueorum, quæ ipsis parata sunt, & qua ratione illa possint evadere, possunt ne illis non decipi, cum nihil sibi timeant, neque suæ proficiant eisdem Spiritus Sancti oraculo confirmata, primos habitus ab ipsa adolescentia contractos ad finem usque vite servati; & quicquam que flagitiose vitam tradiderit, nisi divinitus magnum aliquid miraculum accidat, passim reprobatorum mortem oppetere? *Alius neotericeus Auctor.*

Educatio hic etiam necessaria, qui optima sunt natura præditi.

Quantumvis vividâ sit mens adolescentum, quantumvis egregium a natura sortiti fuerint ingenium, hoc rude semper est, atque diligenti institutione excolendum. Nunquam nimis cito cultura huic molendus advoveatur. Quo adolescentior, eo flexilior est animus; qui ubi fuerit recte imbutus, flectitur ad excelsam virtutem aptior, atque in vitia proclivior, legis nugam ferre non debet? Eo quod torrens nimis fertur impetu, omnes ideo argines, omnia valla sunt convellenda? adolescentis animus labili negotio corrumpitur; igitur sinendum est, ut habes cor ipsum pervadat? Adolescentes in malum magis sunt proni & charitatis ergo est, vel prudentie illis liberiore ad interitum viam patefacere? Transeat adolescentia opus est; verum prava adolescentium studia, flagitiosi habitus, quos sovent, aluntque, & qui in singulos dies majores vites acqui-

Nulla est ad hoc in malum proclivitas natura, quæ recta educatione corrigi nequeat.

Prava educatio multorum interitus est causa.

Educatio hic etiam necessaria, qui optima sunt natura præditi.

acquirunt, numquid transibunt? Deus vero, qui justitiam etiam judicatorum est, numquid rationem expecturus non est ex impiis? quidem de impietatis adolescentia; ex illis vero quibus eorum credita fuit educatio, de ipsorum insana indulgentia, quæ tot homines nequam effecit, quot erant alumni? Proh Deus omnipotens! Numquid erit tempus, quo liceat Christianis te impune lacerare, per omne flagitiorum genus grassari, sibi honoris vertere, quod nihil sancti, divinique credant, sanctissima etiam Religionis mysteria in jocum, risumque tradere, sacras leges floci facere, atque eos contemptum habere, qui tæ servituti fideliter hærent? Prima hæc erunt illorum studia, ut artem edificant cor indurandi adversus gratiæ stimulos, ac se hoc omni seculum genere conquinandi. Hæc ea sunt, quæ ferenda esse mandus inuunt, cum ait permittendum esse, ut adolescentia pertranseat. Hou! pertranseat quidem, & nimum cito hæc adolescentia; at nunquam fortasse criminosa adolescentia flagitia transibunt. *Idem dans le Reflexions tom. 1.*

Ejusdem argumenti continuatio.

Juventus, inquit, ætas est voluptatum: rectius dicerent, si hæc delictorum ætatem vocarent; ideoque illam ex omnibus, quæ una majori indiget cura, atque mortificatione. Quam vero de causa, quo jure ætas, in qua affectuum turba magis est perimenda, ætas voluptatum est existimanda? Cur in Christiani vita aliquot erunt anni, quibus præcipua Christianæ Legis officia ille non teneatur explere? Nequaquam satis est tibi roboris, ut vincula nondum intorta perfringas, & ea fradurum te putas, cum fuerint illa quidem roborata, vires autem tue infirmata, ac propter tot annorum habitum tabida, & senescentes? Procaeres pueri, arbitramini, ridentes hos ætatis nondum efflorescens, minime devovendos esse Deo, qui vos creavit, atque tætuat, nimis speciosos esse, ut sancti sint; ideoque illos vesperis voluptatibus adjudicatis. Quid igitur Deo dabitur? Si omnes dies vestri numerati sunt, & si omnes, quod certissimum est, Dei sunt eo jure, quod mutari, alienari non potest; numquid dies, quos Deo vos devoturus putatis, minus illi debentur? Quamvis in optimum usum potissimi illi efflorescens dies valeant converteri, nihil tamen Deo tribuuntur, quod ipsi non debeatur. Quodnam igitur aliud tempus tantam diuturnæ juvenutis perniciem reparabit? quæ pernicies si nullo est pretio reparanda, quamque fere christianæ vitæ officia in aliud tempus erunt rejicienda? *Idem.*

Quam referat ab adolescentia viam virtutis ampli.

Vobismet consulte, dum tempus adest Christiani adolescentis; heretis in bivio, atque utriusque vitæ finem, terminumque exploratum habetis; utra igitur vobis erit ingredienda? Gradus, quem primum efficietis, alteratrum ineventus, vos procul deducet; agitur hic, utrum in firma, stabilique via, an in lubrica & præcipiti pedem figatis. Quam bene prima adolescentiæ momenta impenderentur, si jugiter elato in cœlum animo, præclara hæc Judithæ fieret oratio: Deduc me, Domine, in illo tempore, hoc efflorescens, regem primos gressus meos; eos, quos, rege, neque permittas me errore viarum decipi; ita ut quæ bona est, relicta, malam ingrediar, de me enim actum esse in æternum. *Reverens Auctor.*

Mors in peccato impendit qui in adolescentia in omnia sua flagitia.

Mors, & mors in peccato, uno, eodemque tempore contingere potest: verum nunquam magis est præceptum, quam cum se se aliquis affectuum, voluptatumque suarum libidini mancipat a pueritia. Divini iudicii effectum nobis experientia proponit. Quot funestissimos exitus intenuerit? Numquid frequentius accidunt, quam ubi per nunquam nequitias traducta fuerit adolescentia? Quot clades non sine iis circumstantiis, quarum vel ipsam ideam perhorrescimus? Cor turpissimum flagitiorum labe corruptum; mens fere minime compos; ratio, vino, vel ita nebulas offundentibus, obscurata; sanguis nequissimis succensus ardoribus, ac simul cum vita deservens, nonne ex sunt circumstantiæ, quæ ut plurimum flagitiosæ juvenutis funestissimum exitum comitantur? *Idem.*

Orum in adolescentia iustitiam.

Adolescens in impurissimas libidines ruit? Ratio in promptu est, inquit Poeta, namque otiosus erit. Hoc in adolescentibus quam præcipuum usu venit. Sanguis fervens, affectus effrenes, nequissimæ licentia consuetudo, frequens occasio, hæc omnia

Houdry Bibl. Tom. I.

Difficile est, circa opitiam institutio- nem adolescentia a mundi contagione preservari.

Recta educatio vitæ christianæ simul, & urbanæ prodest.

Adolescentia aliquot dies do licet bo- ne institutio delinquunt.

Adolescentia aliquot dies do licet bo- ne institutio delinquunt.

in vitium certe certius impellunt, nisi quos sibi met firman incipiat; quod frantum non nisi in aliqua occupatione invenitur. Hæc utiliter ætatis ignem absumit, hæc imaginationis inquietudinem figit, hæc peccatorum occasiones removet, hæc animo honestas exercitationes suadet, æque fluida, quæ ad eum statum, ad quem a Deo quique vocatus est, & quem est amplexurus, apte conducant. Mens, ubi cupiunt utili negotio ad-mota sit, quæcumque sit ætas, ibi quomodo se fe occupet, invenit; neque putat, omnibus voluptatibus esse indulgendum, ut tempus transigatur. Quod ratio docet, opus esse, ut adolescentia exercetur; hoc palam experientia confirmat; ubi enim tute, constantique probitatis homines invenientur, qui a pueritia constant, jugiterque occupati non fuerint? *Idem.*

Etiamsi qualibet vitæ nostræ pars debetur Deo; poenitentia tamen nunquam magis est necessaria, iuxta S. Basilii sententiam, quam periculossimo hoc tempore, quo natura primos adolescentiæ affectus, eorumque sensus excitat. Satis experientia confirmat, quod Scriptura docet; præsumptionem, voluptatem, vanitatem, juventum unum ferme, & idem esse, atque adolescentis viam desideris agitata simillimam esse viæ navis in mari, nauta, gubernaculoque carens, quæ ventorum, ac tempestatis ludibrium est. Ubi rationem adeptus est, eam fere statim depravat, nequissimis impressionibus obnoxius, monitoribus asper, cæcus in vitium flecti, alieno confirmatus exemplo, atque consuetudine omnibus se fe voluptatibus ingurgitat, meliorem, sed magis fatalem vitæ suæ partem in suis desideris ablutit, quæ saepe varia sunt, at semper vel inania, vel criminosa. Quocumque transit, ibi suæ impuritatis vestigia relinquit; quodque magis deplorandum est, ex ipsis defectibus suas excusationes desumit, peccata ætatis suæ egregia putat esse facinora, & postquam deliquerit, gloriatur, & si recte fecerit, pudore suffunditur. Si ergo mortificatio fideli unquam necessaria est ad affectus subigendos, eorum vim coercendam, cursum, effectumque inhibendos, atque ut in posterum præcaveatur; numquid in ipsa potissimum adolescentia requiritur? tunc malum inchoat, nulla deinceps pælium remedia, nisi statim manus admoveatur. *Flechet in S. Sulpicii Panegyrico.*

Spiritus Mundi, qui confusionis, atque perturbationis est Spiritus, cum in pueris Fidelium animis pietatem ab ipsis usque fundamentis evulserit; perniciosissimo huic torrenti, universale excidium Christianæ Religionis minitanti forte val-lum obijciendum est: cumque ille ab adolescentiæ corruptione sumat exordium, ejus originem scrutari necesse est, & additi, ut revivificet, pristinaque dulcedinem acquirat; ea unice ratio est, fœmæ ex illo educum in excultam, pinguemque terram jacere; tunc enim germinat, frondes, folia, & fructus emittit. Ut in ordine gratia Christianæ Religionis spiritus, qui in animis Fidelium ferme extinctus est, revivificet; hæc una suppedit ratio, videlicet ut adolescentiæ excolenda opera detur diligentissime; certe quippe Ecclesiæ Paradisus esset, & Respublica; ac imperia essent felicia, atque florentia, si illi, quibus puerorum erudiendorum cura concessita est, egregie suo fungerent officio; cujus defectus hæc parit morum corruptionem, ex qua rerum publicarum, familiarumque divisiones, atque interitus proficiuntur. *Episcopi Cameracensis in præfatione ejus libri, ubi de Virginitate educatione verba facti.*

In tanta hæc morum labe, quæ hoc tempore terrarum orbem infecit, unica ratio tot malis medicinam afferendi ea est, si serio animus ad pietatem in pietate, ac virtute excolendam advoveatur. Agitur Ecclesiæ gloria, si fideles a teneris unguiculis sint optime imbuti, atque sanctissimis eruditi præceptis. Agitur etiam Respublicæ utilitas, nam ex Ethnicorum ipsorum sententia hoc maximi momenti negotium est, ubi nihil est negligendum. Ideo Romani, & Lacedæmones juvenutis educationem gravissimam Respublicæ negotiis anteferebant. Ita cum ex quodam celeberrimo, sapientissimoque Romæ Senatore quaeretur, quanam inveniri ars possit, quodnam consilium capi, ut Romana res eandem gloriæ, ac magnitudinis laudem, qua tunc fruebatur, jugiter tueretur; nullum aptius consilium fore, ait, quam si adole-

B

Mortificatio adolescentiæ necessaria ad ea fugienda vitia, quibus ætas illa patet.

Ad Mundi corruptionem adolescentiæ recta est institutio.

In puerorum institutione Ecclesiæ gloria, & Respublicæ utilitas agitur.

Xenophon in Cyropæd.

scientia diligentissime instrueretur, & illa Academia, ubi preæxactis eruditantur, in omni exercitacione genere fierent celeberrima, ac florantissima. Hoc ipsum illis reddi posset, qui reformandi corruptos plerumque scelerum mores viam vellent invenire; nulla enim aprior excogitari potest, quam in id toto pectore incumbere, ut adolefcentes Christianæ religionis præceptis, ac omnium virtutum exercitacione excolantur. Idem.

Ex omnibus flagitiis, a quibus sibi diligentius cavere debet adolescentia, intemperantia præsertim, atque impudicitia eminent. Hi scopuli sunt, in quos innocentia plerumque naufragium patitur. Heu quot juvenes ingentem sanctitatis laudem fuissent adepti, si a pueritia castitatem, sobrietatemque coluissent; qui tamen æternam sent ignibus comburendi, eo quod inanibus turpissimum voluptatum illecebri se falli passi sunt! Nullum scelus graviorem animæ cladem addert, quam impuritas, & ebrietas. Hæc duo vitia pietatem extinguunt, mentem excæcant, animam profus carnalem efficiunt, Religionem delent, Apostatas, Atheosque constituunt: Vinum, & mulieres apostatæ faciunt sapienter. Licentiosus quilibet proreus est ad libidinem; libido sensum in vivendi licentiam cordatissimos etiam inducit; quid fiet ergo de juvenibus ea in ætate, in qua pietas, ac ratio nondum convaluerunt, si se in hac adeo perniciosa peccata projiciant? Pro virgile ergo, Fidelis adolescentia, cave; hos syrtes effuge; impudicitiam detestare; hic enim hostis est æque callidus, ac fortis. Sed cum vehementer hic affectus, te licet invicem infestetur, ratio crudelissimum evitanti servitutum, in quam te conatur pertrahere, aliaque fugienda mala, quæ plurima tanquam ex fonte illinc emanant, hæc est, ut statim eidem adversetur ejusque vincula conteras, donec per ætatem licet; ne ubi convaluerit, te illaqueatum detineant. Neque minori solertia potus intemperantia est evitanda, quæ in hac quoque vita Dei maledictionem in se trahit, atque multorum malorum est causa. *Revens Auctor.*

Inimpe- tentia, & impudicitia præ caeteris vitiis juvenuti vitanda.

Adolescentia, in te adolefcentie meritum consistit.

Quamvis in te adolefcentie meritum consistit.

Adolescentia, in te adolefcentie meritum consistit.

Adolescentia, in te adolefcentie meritum consistit.

Adolescentia, in te adolefcentie meritum consistit.

Adolescentia, in te adolefcentie meritum consistit.

Adolescentia, in te adolefcentie meritum consistit.

Adolescentia, in te adolefcentie meritum consistit.

Adolescentia, in te adolefcentie meritum consistit.

Inter infames scopulos, in quos juvenes aliditate consuevit, quantumvis a pueritia rite fuerit excolta, omnium maxime fatalis est scelerum hominum societas, consuetudo, contubernium. Facile eorum, quibuscumque assueveris, imitatur exempla, ac illorum sensus imbuimus, quibus necessitudinis vinculo adhaeremus. Ubi cupiditati exemplorum accedit auctoritas, haud ægre eam verterunt in frangit, quæ causa erat, ut ad rerum turpium aspectum pudore suffunderemur, easque abominaremur; verum ubi illius iacturam passi sumus, suppedet etiam nonnumquam, si ab iis, cum quibus versamur, flagitiis vincamur. Qui se jungit fornicariis, erit nequam. Si cum impiis consueveris, impius eris. Quapropter te Sapiens monet, ne flagitiorum hominum, qui te in eandem scelerum societatem vellent pertrahere, fucatis, subdolisque verbis decipi sinas: illorum blanditiæ, atque promissiones illecebræ sunt, perniciosam labem, ac mortale virus tegentes. Si te laetaverint peccatores, ne acquiescas eis. E contra vero si cum sapientibus tantum versatus fueris, si bonos tantum sermones bibulis auribus exceperis, si amici tui pietate, ac virtute fuerint decorati, sermones illorum tuis te officiis admovent, eorumque exempla te excitabunt, ut eadem rite persequas. Os iusti fons est vitæ, ait Salomon, ejusque opera ad illam deducunt. Idem.

Adolescentia exercitacio non est status ille, qui fit eligendus, bene tamen ad statum eligendum conducit. Verum inter varios, qui se offerunt status, quinam est preferendus? Respondet Sapiens, Dei opus esse nos ad id determinare; nostra enim cognitio, citra gratiæ subsidium, nimis tenuis est, atque incerta, ut eam sequamur in tanti momenti negotio, ubi lapsus æque facilis est, & perniciosus. A Domino dirigitur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam? Facile est adolescentulum inexpertum, & crebro affectibus agitantem a Providentiæ consilio recedere. Fallax deceptoris mundus fulgor, parentum reverentia urgentium, ut iuxta vota sua status eligatur; infamia illa, quæ viget consuetudo, unigenito uxorem semper esse ducendam, primogenitum Deo nunquam esse devotendum, ac minores natu dumtaxat sacris admoventos, omnia ad illum decipiendum conducunt. Atamen quis satis explicare potest quam perniciosum sit humanis rationibus po-

tius, quam Providentiæ impulsu vitæ statum amplecti? Idem.

Ex omnibus statibus adolescentiæ status magis indiget duce, & auxilio; five enim experientia defectus, five sanguinis fervor, & affectuum impetus, seu ingeni mobilitas, & ad consilium in re capiendum difficultas; seu proclive illud naturæ studium, quo mala potius, quam bona exempla sequitur, spectetur, omnia ad eam fallendam, perendumque concurrunt. Cuiam rei utilis erit hæc nullis excolta documentis adolescentia? quem viam ingredietur? Hoc adeo later, ut palam fateatur Sapiens, mysterium esse nulli intelligendum. Igitur sperare futurum ut juvenis sibi met tradita, nullius consilio, vel auxilio suffulta ea insitet via, quæ ad salutem adducit, idem est ac putare inter procellas, ac syrtes tuto incedere posse navim, quæ a nauta non gubernetur; agrum spinis, veribusque confutum, quin purgetur, excolaturque, frugibus ferendis aptum esse; hominem in ignota regione, concubia nocte ad propositum finem pervenire posse sine duce, qui præcedat, ac iter ostendat. Desumptum ex Morali Dictionario, secundo sermone de Matrimonio.

Non privatum tantummodo, verum etiam publicum bonum ex recta institutione procedit. Philosophorum principes jure adolefcentiam succum, & sanguinem Reipublicæ vocat; ut enim sanguis non est corporis membrum, quoniam neque animatus est, neque continetur, & ab eo corporis vita pendet, ac valetudo; ita pueri membra quidem Reipublicæ non sunt, verumtamen ab eorum recta educatione bonus Reipublicæ status procedit. Ideo, inquit ille, magna opus est vigilantia, ac eruditio præceptores sunt eligendi. Quomobrem populi quorum maxima erat cura publica utilitatis, sapientissimum quemque eligebant, qui adolefcentiam erudiret; alii huic provinciæ præferebant senes, quos in universis Regno cordatissimos inquirebant; alii præstantissimos Magistratus, quos juvenibus magistros institutoresque nuncupabant, curam hanc relinquendam censebant; & quidam ex sapientioribus Ethnicis Philosophis tria requirunt in eo, qui huic provinciæ, in qua summa agitur Reipublicæ, est præponendus; primum ut vir sit sapientia plenus: 2. huic muneri tanta utilitas pernitus addictus sit, atque devotus; 3. ut hoc opus aggregiatur ad honestum finem, hoc est ad publicam utilitatem. Verum ubi nam hujusmodi homines poterunt inveniri? *Neoterius Auct.*

Christiani Principes in hac influenda juvenutis cura antiquis sapientibus non concesserunt: legimus enim in Capitularibus Caroli Magni Imperatoris, Principem hunc omnibus Imperii Scholæ Cænobiorum mandasse, ut domi sua nobiliter pueros alerent atque erudirent, ut, inquit ille, ex pia, & religiose illorum consuetudine, multi Dei servitio adingerentur. Hac eadem de causa magnus ille Rex Scientia æque ac virtute præditus Parisi celeberrimam illam instituit Academiam, quæ deinde fecit nationum omnium Collegium, & omnium Sapientum seminarium, Gallie decus, & ornamentum. Ejus imitatus exemplum S. Ludovicus duos ex filiis suis in S. Francisci, ac Dominici monasteriis inauriri voluit, teste vitæ ejus Auctore, ut sanctorum Religiosorum consuetudine & ipsi consilium inirent se Deo devotendi, vel saltem ibi solida pietatis in omne vitæ spatium diligentissime custodienda faceret fundamenta. Idem.

Quamvis omnes viri prohi ad munus hoc, unde tantum utilitatis Reipublicæ cedit, idonei videantur, tamen si qui hanc provinciam suscipiunt, eidem procurandæ voto aliquo addicti sint, idque exerceant, veluti munus instituti sui; melius plerumque hoc persungunt officio quam qui ad id non sunt vocati: cum enim hæc fuerit illorum vocatio, ad eam pro dignitate exercebant peculiarem vim, atque gratiam a Deo consequuntur. Hi sapientiæ institutores utilissimæ huic exercitacioni devoti, specioso titulo ad Dei gloriam, proximorumque salutem rite, ac recte tantum munus adimplent. Idem.

In Cælo multe mansiones sunt, ait Evangelium: ibi dantur throni gloriæ alii ab aliis diversi, non omnes magnitudine æquales sunt; sed sublimiores illis esse assignandos qui bene & fecerint, & docuerint, ipse Filius Dei proficitur. Ubinam ergo illi collocabuntur, qui adolefcentibus erudire tot

Adolescentes alieno opere magis indigent in adolescentia, quam in reliqua vitæ curâ.

Publicum privatumque bonum ab adolescentia recta institutione dependet.

Seneca lib. de Tranquillitate.

Quam eam adolescentiam instituat Christiani Reges suscipiant.

Castell. de Delict.

Quamvis pueritiam instituat.

Vitia adolescentiæ propria.

curis, atque laboribus? qui illis viam, qua ad Cælum tenditur, ostenderent? qui meliorem vitæ suæ partem in hoc munere exercerent, sponte libertatis suæ iacturam perpessi, quemadmodum pii quidam, religiosique viri facere consueverunt, qui se se, libertatemque suam devoverunt huic muneri tantis laboribus circumsepto, Ecclesiæ adeo necessario, Deo in paucis accepto, reipublicæ, omnibusque mortalibus maximæ utilitatis? Quodnam erit solatium, quænam confidentia in extrema exitus illorum hora, ubi totum vitæ suæ spatium in tanta patientiæ, & charitatis opus transfuderint? Satis est, inquit S. Jacobus Apostolus, unum tantummodo peccatorem ad penitentiam revocasse, ut quis salutem suam certam fore, peccatorumque suorum veniam se impetraturum tuto sciat. Quid igitur metuant viri illi, qui sanctam adeo provinciam obeuntem ingentem animum vim ab æternæ mortis periculo avocarunt, qui plurimas fortasse familias sanctificaverunt, qui reverent, ne tot in omne vitorum genus protraherent, qui severunt, virtutisque radices jecerunt alius in animos plurimorum; qui Deum orant, celebrantque toto labii, quo fure pueri, quibus tradiderit quo pacto Religionis suæ præceptis satisfacerent, qui denique Deum tot cordibus diligant, quot cælesti igne inflammaverunt? Quanti apud Deum est meriti hæc illorum provincia, quandoquidem tot hominibus bonorum omnium maximum procurare possunt, quemcumque alumni sui ex eorum egressi disciplina statum amplectantur, tot iam salutariis præceptis imbuti? Non ne de illis cum Propheta Daniele dici jure potest? Qui ad justitiam erudierunt multos, fulgebant quasi stellæ in perpetuas æternitates. Idem.

Daniel. 12.

Fidei, rationisque lumine satis innotescit, sanctum esse oportere, qui alios adititur sanctificare, quemadmodum eruditum, doctumque esse decet, qui alios edocet, atque erudit; causa enim effectus ius eam tribuere nequit perfectionem, quam ipsa non habet. Ideo qui juvenuturi excolenda, virtutisque præceptis imbuenda operam navant, ipsi primam perfecti sint, oportet; hoc est, suis affectibus mortui, in virtutum omnium exercitacione consumpti; ut enim docet experientia, exempla, & manus longe majorem, quam voces, & lingua ad persuadendum vim obtinet, ac eloquentiam. Docere quidem potes adolescentulos, modestia opus esse, honestate, reverentia, pietate; præclara licet illis suggeras documenta, nunquam fidem adhibebunt nisi harum virtutum in te exempla conspexerint. Vitium longe facilius edificatur, quam virtus. Pueri magistros, tanquam vitæ suæ exemplar, suæque perfectionis normam intuentur. Severi isti sunt Censores, ac minime parcunt illis, quos ad examen revocant. Si quid in rectoribus suis defecere intelligunt, vel hos contempnunt, vel horum facta imitandi jure sibi arbitrantur. Idem.

Generosi exemplum puerulis erudientis.

Gerlon pius ille, ac sapiens Parisiensis Universitatis Cancellarius, qui Conciliis adhaerit, ac multa cum dignitate coram maximis Terræ Principibus prædicaverat, munus erudienti pueros veluti sortem suæ pietatis censebat eo usque, ut infantem ipsos fidei rudimenta doceret, ad JESUM Dei filium imitandum, ajebar ille, pueros per se, quin hanc operam Discipulis suis relinqueret, erudientem. Non satis probant, dicebat, a me Religionis nostræ prima puerulis tradita rudimenta, & cuperent ingenium illud, quo a Deo donatus fui, provecioribus erudienti impendi: quid ergo, magis ille vir ait, Doctorem id facere dedecet, quod Homo Deus ipse fecit. Numquid aliud magis necessarium, præclarum, vel utile fingi potest, quam ad virtutem formare pueros, qui aliquando Reipublicæ, Ecclesiæque corpus sunt compolitura? Major quidem, nec difficior, gloria comparatur concionando: utrum vero major utilitas, haud scio. Idem.

Jure animadvertit S. Chryst. in ipso juvenutis aditu custodes, atque institutores auferri, quo tempore, ait ille, major illorum necessitas incipit. Ab hac ætate nihil ad hoc solidum expectatur; caret enim experientia, & quidvis sapientissimus quilibet faceret, atque veluti invisit effectus haberet. Pater de la Colombiere Tom. 2. sermon.

Hac in ætate ut plurimum cæca præsumptio cum magna infamia conjuncta regnat; imbecillitas, quæ nullum infringere potest obicem, imprudentia, quæ

nullum vitæ discrimen, amor proprius, crassus adeo, caecusque, ut se te statim prodant, ac omnibus patefaciat, te a te ipso minime notici. Quam anxie id propterea dicere, quod effert tacendum. Quam id quæris, quod effugiendum esset? Quomodo temet, ut ita dicam, tuis defectibus ornas, de iis gloriaris, quorum pudere opus esset; te vero eorum suppedet, si quid bene feceris; sequiora semper amplectens consilia, laudas, quæ vituperanda sunt, & ea improbas, quæ communi sapientum suffragio probantur. Idem.

Licet omne peccatorum genus peccatoris intellectui tenebras offundat, atque voluntari frigiditatem afferat, ideoque directe inspirationibus, atque actualibus gratis adverteretur, quæ mentem quidem illustrant, ut quod bonum est, intelligat, & fervent voluntatem, ut quod mens intellexerit, amplectatur; tamen adolescentiæ flagitia peculiarem omnino cæcitatem immittunt; seu quod illa cum furore, atque impudenti impetu conjuncta sunt, quæ quidem in adolescentia læpius, quam in ætate aliis invenieris; seu quod innocentiorem florem flocci facientes, ideoque vitæ suæ primitias denegantes, quarum quidem zelotes est, cum magis irascant, atque cogunt, ut gratis suæ adminicula amoveat. *Auctor recentior.*

Verum adolescentiæ meritum, juxta eas, quæ vulgo receptæ sunt, ideas positum est in naturalibus mentis, & animi qualitatibus, atque in earum usu ad nominis sibi existimationem comparandam, vitæque dignitatem provehendam. Hæc ipse qualitates in ordine gratiæ professe possunt, ac debent, ut virtutis jura afferantur, vel saltem, ut infidiam, quæ in hoc mundo passim struntur, pericula evitentur. Itaque hoc age, ut ibi se tibi obtulerit occasio, mentem, prudentiam, scientiam, captum facilem, ostendas, & ea quæ cogitas, apta, atque eleganti oratione alii aperias. Fac, ut in te alii alias etiam animi qualitates, quæ majori habentur in pretio dignificant, virtutem, pietatem, æquitatem: cum omnibus suavis esto, levis, officiosus; te generosum, prudentem, circumpectum, erga amicos fidelem, vitorum florem proba; quæ si honesto viro dignæ præclaræque dotes te ornaverint, omnes te diligant, atque admirabuntur; omniumque existimationem, laudemque mereberis. *Neoterius Auct.*

Juventutis peccata. Quamvis in te adolefcentie meritum consistit.

Quamvis in te adolefcentie meritum consistit.

Interest adolescentum, si cum virtute virtutis prædicantur.

Maximo interest puerorum, si rectam rationem incurrant.

Pravorum hominum cum quibus adolescentibus versantur, exemplum potens est illecebra, qua ut plurimum decipiuntur. Igitur ad virus, quod sensum mundi tabem, atque contagionem inspirat, eluendum, ac semet salutaribus cogitationibus, sensibus imbuendos, satis est cum iis consueveris, quibus pariter mens sana sit, ac recta voluntas. Magistri, atque custodes adolescentiæ huic rei proculdubio maxime profunt ubi tales fuerint, quales decet; verumtamen hoc nondum satis est; quidquid epim illi dicunt, præcepti speciem induit, quod atas illa pati non potest. Certior, ac tutior utilitas ibi effert, si illi, quos adolescentibus suæ vitæ socios nasci sunt, vel elegerint, scientia, gratia, morum suavitate, amicitia, & quod caput est, vera, solidaque pietate præditi inveniantur. Vix credi potest quantopere hæc societates, & consuetudo ad eos excolendos, ac omni virtute imbuendos proficiat. Dieta, cogitata, & sensus eorum, quibuscumque familiariter versantur, mirum in modum pervadunt animos, præsertim vero minime suspiciosos; ita ut quemadmodum nunquam efficacius strepuit vitia, quam cum aliquam utilitatis speciem induunt, & quidquid intus grave, molestumque est, contemunt; ita virtus nequaquam facilius, feliciterque sese effundat, quam si in sapientium societate ejus suavitas percipiatur. Profecto optari quidem potest, non exigi, ut pueri semper in hujusmodi societate versentur; hoc enim libertatem, cuius tantopere amantes sunt, torquere videtur: at saltem si subinde, ac per intervalla hujus charitatis homines viderint, nullus terne dubitandi locus est, quominus sublegetur effectus. Idem.

Si particularis tantum familie, fortunarium, & quietis vitæ suæ ratio habeatur, cuiam malo hæc omnia obijciuntur, ubi in adolescentia vita flagitiosa, omnibusque conquinata sceleribus agitur? Quam misere clades ætatis licentiam excipiunt, nullam affectionum suarum ducem habentis? Bonorum iactura, proximorum, cognatorumque similitas, inimicitie, odia, existimationis de-

trimentum, res familiaris exhausta, corporis valetudo tabescens, morbi libidinum preta, turpitud, ac senectus ad mendicitatem redacta dederunt, & infamia preclari sunt effectus adolescentie in omne scelus omnemque impudicitiam ruentis. Idem.

Si otium illud auferretur, quod postelapsam studiorum curriculum ad illud usque tempus intercedit, quo quis alicui se addicit muneris, quod ejus animam ac mentem valeat occupare; quot uno icu mala prohiberentur? Quam preclari fierent in virtutibus, ac pietate progressus? Querela frequens auditur, adolescentibus magni momenti negotia committi; verum incommodum hoc, de quo tantopere conqueuntur, non ne longe plura, magisque metuenda prohibet? Experimentis defectus in iis etiam rebus, quos difficiliores esse censentur, minime parit effectus æque noxios ac pravi habitus, quos adolescentia in omni vitorum cœno volutata relinquit. Fugite ergo adolescentes Christiani otium adeo perniciosum; neque illud exilibus, nugacibusque exercitationibus evitari posse credatis; hæc quippe totidem sunt pessimarum affectionum cause, & nutrimenta. Otium non nisi seria occupatione evitatur; neque ulla aptior esse potest occupatio, quam quæ nos iis addicit officiis, quæ eum decent statum, ad quem nos evocat Providentia. Licetis vero, honestique solatiis, subicivis horis, illud tantummodo spiritum relinquendum est, quod satis sit, ut majori cura, animoque alacrior ad ea, quæ nostrum munus expetit, redeamus. Idem.

Fieri non potest, ut adolescens cordis, & conscientie puritatem tueatur, quin pietatis operibus vacet. Hi sunt rivi, per quos Dei gratia fluit; ac per eosdem ille nobis subsidium, quo indigemus, communicat. Adolescentes viribus, animoque destitutus, ætatis suæ fragilitati traditus, in precipiti versatur; verum si ad celsos fuis cordis evahit insperata, Deus illum audit, ac regit. Tobias in adolescentia, non secus ac alii, versabatur in mundo omnibus corrupto flagitiis, imo etiam Idolorum cultui mancipio: verumtamen pergebat in Templo Religionis officia fideliter persoluturus, quod fuit veluti vallum quoddam adversus perniciosum malorum explorum torrentem, qui alioquin illum rapuisset in interitum. At si ab officio recessisti, cave, ne spem ad officium redeundi statim objicias, pietatis exercitationes relinquens, quæ tutissima est ad penitentiam via. Idem.

Pie juvenutis exercitationes nondum eertum vite statum constituunt; sed tantum preparationes quædam sunt ad eum amplectendum. Hinc sedulo investigandum est, atque additendum, ut quid a nobis expectat Deus, disculo intelligamus, ut cum eo de statu vite, quem secuturi sumus, deliberemus. Etenim varios inter status, qui nobis se exhibent, potius quem debemus eligere? Respondet Sapiens, Dei esse nos determinare; cognitionem nostram, si gratie desit auxilium, nimis infirmam atque incertam esse, quam in tanti momenti negotio, unde eterne salutis ratio dependet, sequamur. Deus enim, cum nos in lucem edi voluit, certe professioni destinavit, eaque simul preparavit admicula, quæ ad salutem nostram in illa comparandum proferent. Adolescentem vero omni carentem experientia, ac sepe affectum estu agitatum a Providentie consiliis recedere, facillimum est; & licet vivendi consilium non rite initum rehicari valeat, hoc tamen est perdifficile. Quamobrem ad celsæ lumen hac in re consequendum, quin vel affectionum motus, vel parentum monita, vel mundi voces audiantur, cum David dicit Deo: *Paratum cor meum Deus; & mox cum S. Paulo: Domine quid me vis facere?* eaque verba Regii Prophete usurpa: *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me;* vel ea: *notam fac mihi viam, in qua ambulem.* Ad eodem tempore, quo Deum preclaris, ut tibi loquatur, cave, ne ejus responsione te indignum exhibeas. Adolescens, qui inter flagitia vitam vivit, meretur ne, ut sibi loquatur Dominus, sibi que cœlestis affulgeat lux, que Dei in ipsum voluntatem aperiat? Et licet hæc illi lux affulgeret, hancine affectionum suarum nequitia excecatur videret? Heu quam sepe in eligendo vite statu decipitur in antea vite supplicium! *Recens auctor anonymus.*

Ad pueros autem rite instruendos illud ante omnia requiritur, quod scientie hujus adeo necessa-

ria caput est, ut bene illorum noceas ingenia, qui a te fructu erudiendi; si enim Medicinæ aphorismus est, morbum curari non posse, nisi prius cognoscatur, nemini etiam pharmacum propinandum est, nisi illius vires, & effectus, qui expetitur, sint explorata. Idcirco quemadmodum in corporis ægritudinibus curandis ægrotorum naturam sequi oportet, omnis enim medicina hoc agit, ut naturæ opem ferat: ita ad corrigendos animi morbos, qui salutem æternam in periculum adducunt, specifico opus est pharmaco, quod se eorum accommodet temperamento, quibus medendum est. Ad hoc igitur & malum, & remedi virtus comperta, explorataque esse debet; immo morbi ipsius origo investiganda est, hoc est ingenium, studia, & affectus, quibus potissimum obnoxii sunt illi, qui sunt adjuvandi, corrigendi, ad officium revocandi. Quomodo autem manus admoveri potest, si lateat, unde morbus profectus fuerit, quam medicina opus sit, qui modus adhibendus, quæ ratio ne auxilium ferendum iis, qui jam virtutis viam sunt amplexi? Quis non intelligit ex iis, quæ dicta sunt, quanta prudentia, quanta experientia in iis requiratur, qui adolescentie regenda præficiuntur? Ad singulos per eam, quæ quæ accommodatior est, viam deducendos, ad fledendum in virtutem ingenium, ac bonas animi propensiones, quibus a Deo donatus est, item e contra ad corrigendum naturale studium, quod in malum rapitur: quot, & quam variæ adhibendæ sunt medicina, quot, & variis modis agendum est? Quæ arte opus est, ut singulos ad eam cum voluptate, vel saltem non ægre sequendam viam, quæ illis ostenditur, & per quam cogitur incedere, persuadeas? Idem.

Non otium solum, verum etiam suavior, atque facilior ad æternam beatitudinem via hæc est, si ab ipso adolescentie flore Deo servire, ac virtutem quærere incipias. Ex quo Christiani esse incipimus, ignorare minime possumus nos ob id in hoc mundo versari, ut supremo Domino, a quo nobis hæc esse, & vivere datum fuit, inserviamus; videlicet ut eum colamus, diligamus, veneremur, ad hoc enim creati sumus. Sed ardere possum, nos hoc ante cetera oblivioni mandare; & alios quidem procrastinando nunquam incipere; alios tunc incipere velle, cum tempus non est amplius; alios tunc solum incipere postquam diu mundo inservierint, jamjam contumeliam, quibus ab eodem affecti fuerit, persequos. Verum ne igitur est, Domine Deus, qui unicus es, ac verus universorum Dominus, cui Cœli, ac sœdera parent, cuius mandata tanta cum celeritate Angeli capessunt, cui certatim quodammodo creata quælibet famulantur; verum ne, inquam, est homines, qui in id unum creati fuerit, & quorum ideo unicum negotium, ac sola cura esse debet, ut tibi inserviant, ferius, quam fieri potest, incipere, ac sinentes elabi tempus, quo majori non solum cum facilitate, verum etiam utilitate id præstare possent, discrimen subire, ne nunquam hoc peragant? Refert igitur a puero inchoare, antequam pravi contrahantur habitus, qui virtutis exercitationem efficiunt longe difficiliorum. *Auctor Sermonum in omnia Ethicæ Christianæ argumenta. Sermon de Præsentatione Virginis.*

Non desunt ingenia quædam ita ad virtutem efficta, quæ ab ipso natiuitatis exordio preparata gratia, & cuius præclaræ dotes, quibus a natura ornata fuerit, aptissime sunt dispositiones ad cœli afilatus excipiendos; itaque hos statim sequuntur, ac vix Deum cognoscere incipiunt, cum ejusdem servitio se se devotent. Animæ electæ, quarum Deus maturato possessionem recipit; & quæ vicissim se se illi addicunt, statim ac ratione magistra intelligunt, se Dei esse, ac, ut illi inserviant, se fuisse creatas. Verum quidem est, non omnes homines tantum boni a natura ipsa sortiri: immo e contra non desunt, qui præter commum illud mortalibus omnibus studium, quod peccati originalis effectus est, alterum habere videantur proprium, ac peculiare, quo in malum, licentiamque rapiuntur, cor pravam gratiis, cœlestibusque affectibus rebelle, in omnia scelera proclive, omnium virtutum inimicum, imperii impatientis, atque suis tantum affectionibus parens. Hoc, fateor equidem, obstaculum est servitio Dei, ad id enim docilissimus mens requiritur, cor divina obtemperans voluntati, ac celeritatis, quæ gratiæ motus sequatur, ut quemadmodum ars fuit adinventæ ferocissima subigendi

tucndos ante omnia illum inge- nium servitio dignandum est.

Magna felicitas est Deum colere ab adolescentia.

Qui Deo se se devotere dicit, periculum est ne se illi nunquam devoveat.

Virtus longe facillior est ubi a pueritia incipit quæri.

S. August. exemplum facti ostendit quam difficile sit sanctam vitam agere; ubi hoc fieri coepit ætate provecitiori.

Sunt quædam ingenia, quæ ad virtutem efficta videntur, & quæ statim ac ratione usque donantur se se Deo devotent.

Maximus virtutis labor effugitur, cum illa a puero incipit exerceri.

gendi animantia, feras cicuriendi, immo ex eorum servitio utilitatem capiendi, ubi nondum atate profecta capiuntur: ita nullum ingenium adeo feroc esse, & indocile, quod non erudiatur, adeo rebelle, quod non flectatur, adeo pronum in vitia, quod ad virtutem non tradatur, si a pueritia recta educatione instruat. Idem.

Nonne præstans bonum est, & magna felicitas, quemadmodum Propheta restatur, jugum ferre ab adolescentia, cum affectus, qui nobiscum nascuntur, sentiunt adhuc ætatis infirmitatem, ideoque nondum satis habentes virtutem vel non adeo crudele nobis inferunt bellum, vel non tanta cum difficultate superari possunt, quam cum per ætatem convalescerent, atque ita citra illud periculum prælaudum est, cui se obijcunt, qui hostibus locum, tempusque relinquunt se se communiendi, majores vires comparandi, atque secus viam eos obices statuendi, quos non ita facile perfringamus, ubi nostræ vires etiam fuerint attrite. Jugum alioquin adeo grave non est, cum ab adolescentia eidem assuescimus, cum onus, quod gestamus, infra vires est, & via, quæ incendendum est, æqualis, ac strata est, & nihil tandem nos prohibet, quominus curramus, atque magnis, ut ita dicam, gradibus procedamus. Felices igitur illi, quibus cum Deo servitutum, jugumque detrectare minime liceat, ei numeros subijcunt ab adolescentia! &c. Idem.

Si provecitorem prestolamur ætatem, quæ divino cultui nosmet addicamus, quam metuendum est, ne animi ægritudines moram injiciant melioribus consiliis, & ne procrastinando efficiant, ut sancta cogitatio evanescat, ac opus meditatum eo ipso temporis momento, quo adimplendum est, penitus deleant? Illud certissimum est, quo majores necimus moras, eo gravius nobis jugum, eo difficultiorem, molestioremque virtutis exercitationem futuram, ac plures obices nobis obviam tuos, non nisi summis conatibus, totoque pectore superandos; cum e contra leve negotio ad virtutem flecti possit ingenium, tenellum adhuc, & parens præceptis omnibus, quæ illi traduntur. Quocumque se verat, quidquid semel impressum est, diu permanebit, ac fortiter ager; & si flectatur in vitium, illudque animo inherat, non inde poterit divelli, nisi efficitur gratiæ subsidio; idque summa cum difficultate; plurimum enim erit decertandum, plurimi, ique validissimi obices conterendi. Idem.

Veritatem autem hanc unde melius, quam ex D. Augustino ediscere possumus, qui profecto preclarum nobis præbet exemplum tum ejus constantiæ, quæ perfringenda sunt vincula, quibus prohibemur, ne Deo addicamur, tum etiam laboris, ac difficultatis, quæ ingruit illis, qui statim a pueritia hoc præstare minime inceperunt? Tu quidem, o Augustine, interifies, nisi speciosissima Dei gratia, quam non omnes jure suo præolari possunt, quandoquidem unice a Dei pendet misericordia, tibi aditisset. Omnibus licet intueri in libro Confessionum ejusdem descriptionem, ubi quadam veluti in tabula mentis suæ turbas, & cordis sui agitationem delineans exhibet languescens voluntatis incerta consilia, quæ nunc quidem surgere adnititur, & mox relabatur; quæ progreditur paulo, ac mox retrocedit; quæ explorata quidem habet pericula, moras necenti imminentia, & quæ nihilominus statim incipienti consilium capere nescit. Cogita illius animum hinc inde raprum in diversa, & affectibus contrariis quodammodo lanatum; illum audi gemitus ac suspiria sub cætenarum suarum jugo gravissimo effundentem, quod quidem excutere vellet, nolletque, & siliam capere nescit, conquerentem. Nihil tale expetitus fuisse ille, si ab infantia Deum colere incœpisset. Hoc ille in cordis amaritudine confiteatur; cuius consilium potius quam exemplum motus, quæ eundem in cæcæ, inconsiderateque juvenutis nequitias egit precipitem, si fueris imitatus, tot difficultatibus, laboribusque non eris obnoxius. Idem.

In eo potissimum virtutis labor est, ut obiectorum illecebriis te capi non sinas, ut fortunæ quidem bona possideas, non te tamen iisdem mancipies, ut inter honorum, dignitatumque fulgore cordis humilitatem retineas, atque inter negotiorum tumultus Deo semper adhareas. Heu quam multi hunc laborem experiuntur, cum senescentes incipere volunt servire Deo, omnemque curam ad animæ fa-

lutem transfinitere! Tunc tanta illis apparet difficultas, ut nulla vi, nulla ope superanda videatur. At si Deus illos ad se trahat tunc temporis, cum ætas viget adhuc, postquam adolescentiam per omnes scelorum gradus traduxerit; quam grave illis est, atque molestum, Christiani munere, ut par est, perfungi; tot inanes curas abicere; illis obistere exemplis, quibus toties victi fuerit; illicque adversari moribus, præceptisque, quibus olim fuerunt innutriti, atque imbuti? Hæc omnia vitant, qui a teneris usque unguiculis Deo se addicunt; a mundo enim divelli, cum non nondum adhæseris, vel nondum arcto quodam vinculo eidem fueris adstrictus, magni laboris non est; cor hædus indivisum, minori cum difficultate Deo famulatur; quemadmodum e contra ubi duo simul invicem arctius fuerint agglutinata, separari minime possunt, quominus irangantur, & aliqua alterius particula, etiam post separationem alteri inhaereat. Ut hoc igitur citra quemcumque laborem, ac difficultatem peragatur, maturato opus est, neque expedandum, ut ad hæc fiat, & cor nimis in flagitia proclive te vinculis detineat non ita leve negotio infringendis, atque secularibus negotiis se se altius immergat, unde sine summo labore nequeat emergere, animumque ad cœlestia, salutisque sue curam traducere. Idem.

Quis ignorat, quantumvis eximio a natura donati fuerimus ingenio, ac ultra ad virtutem properante, hoc statim vitis corrumpi, nisi recta, sanctaque institutione confirmetur, ac egregiis imbuatur habitibus, propter quos ea, quæ cæteris sunt difficillima, illi faciliora reddantur? Quotumvisque est, qui innocentie integritatem ad extremum usque vite suæ reuatur? Hoc quidem jure Cœlesti gratiæ, divinæque largitati acceptum referendum est; verum cum in nobis positum sit, hoc in numero versari, & Deus ad id necessaria tantum auxilia suppeditet; nullam credo inveniri posse certiorum, tutioremque viam, ut summa fide servituri Deo, quam ab ipsa pueritia inchoare; tunc enim efficitur habitus, quo fit, ut difficillima quæque facillima videantur, cum illis diu consuevimus. Idem.

Adolescens inani tot obiectorum fulgore deceptus, libidinosis cordis impudicitia deceptus, affectum violentia raptus, cæce in omnia pericula ruit, ambitiosa inicit consilia, omnique sibi e voto cessura opinatur. Mala que passim occurrunt, calamitates, quæ in fulgore ferme gressus invigunt, iuxta ipsius ideam, eidem adversari minime debent. Mundus, qui sectatoribus suis se adeo asperum præbet, aliter eam illo agere debet, nihilque debet futuram ipsius felicitatem perturbare. Omnia votis ejus ardent, atque in stadio suo flores tantum nanciscitur. Hæc est ars illa, quæ amor proprii uitur, ut fallat adolescentem. Parum illos movent exempla, alienas calamitates eorum insanis referant acceptas, ac sibi meliorem exitum pollicentur. Mare, quod arant, procellisum quidem est; verum sperant, se nulla tempestate agitando esse, ac omnes scopulos se evituros. Nequicquam illos mones, ac pericula eorum occupant obijcis; inimicum putant, quicumque sibi adversatur; illum unum metuunt, ac oderunt, quod suis votis opponitur. P. Croiset. Tomo secundo Spiritualium considerationum.

Postquam tradita fuerint præcepta adolescentibus rationis capacibus, alia aliis adhuc tradenda superant, ut in mundo vivere discant, atque ab affectuum perturbatione se se tueantur, quæ, ubi quis proprios animi motus sequatur, similitates parit, ac inimicitias, quæ civilem societatem infringunt, hominesque a mutua charitate sejungunt, postquam eisdem a Dei charitate separaverint. Docendi sunt, quomodo variis hominum ingenis, atque temperamentis se se accommodent; Mundum norint opus est, antequam in illum ingrediantur; & quin illorum fovatur jucundus ille, suavisque conceptus, quem ob experientia defectum animo imbibentur, dum adhuc sub magistro, vel custode tenerentur; mundi ipsius inanis vanitas intus & in cute aperienda est, eorumque animi preparandi ad ea, quæ in hominum consuetudine, gravia, & molesta solent accidere, & quæ ab iis, qui rebus secularibus vacant, nequeunt ulla ratione evitari. Denique non solum mundi studia, verum etiam labores ostendendi sunt, & quam sæpissime hoc illis repetendum, ut ad finem præ-

Licet felicitati naturæ donamur, hanc statim vitis corrumpt, nisi recta ac cœlesti institutione.

Juvencæ sibi felicitatem sperant, ac que omnia sibi e voto cessura putant.

Præcepta adolescentibus tradenda ut satis edoceatur, quæ factura sunt, eorumque rudiatur.

77. 56. 77. 57. 77. 58. 77. 59.

Ad pueros rite instruendos illud ante omnia requiritur, quod scientie hujus adeo necessa-

parentur, ad quem sunt deducendi, Liber cui titulus: Maximes, & Reflexions sur l'education de la jeunesse.

Præmonendi sunt ad- to, in Mundi lucem prodeuntes non alium sequentes de- traxerunt, quam bonos habitus, si quos forte con- traxerint, & præcepta, quibus eruditi fuerint, o- peræ pretium est, eos admonere futurum ut nan- ciscantur, qui illos oderint, ipsorum consiliis ad- versentur, desiderijs obstant, & nonnumquam etiam immerito objurgant, increpentque: sed ca- vendum sedulo ne eorumdem agendi, vivendique rationem imitentur, eorumque vestigijs insistant. Non honestas dumtaxat, sed propria etiam utili- tas suadet, ut in hujusmodi occasionebus sapien- tes sint, ac se continent; ne se se impetuntie ef- ferant, suamque honorem lædi arbitrentur; & mi- nus quam fieri potest hujusmodi inofficiosis occur- sibus adiciant animum, quibus si respondere co- acti fuerint, id citra impetum, furoremque ex- quantur, sed vitra intrepido, atque constanti, pudorem illis asserat, a quibus impetiti fuerint, atque spectatorum animos in sui admirationem con- vertant. Idem lib. 2. cap. 3.

Ejusdem argumendi continen- tio.

Nulla in re magis admittendum est, quam ut adolescentibus proclivis hic in iracundiam motus ani- mi auferatur, quo solent efferi, ubi sibi injuriam factam putant, vel se dicitur, aculeatis joci, æquivocis, vel contemptibilibus verbis læsitos existimant: nihil enim magis eisdem obesse po- test, nihil magis negotium illis facessere, plures- que inimicitias, & similitates conslare; quas ut ef- fugiant, caute ab initio procedant, quod est; illud vero potissimum caveant, ne quis temere effu- siant, agantque, omniaque non nature, vel asse- ctuum suorum, sed rationis, atque honestatis con- silio operentur. Idem.

Quam ri- dicule se se plerique ge- rant adole- scentes, ubi primam in- mandam prodeant.

Illud vero plerique adolescentium, qui recens in Mundi luce versantur, non ferendos efficit, quod oblitato sunt animo, quod facile quælibet exem- pla imitantur, quod se magis ridiculos præbent fi- to, quem affectant, urbanitatis lepore, fucataque morum venustate, quam defectibus suis. Quem- admodum nunquam sui juris fuerunt, adepta li- bertate statim abutuntur, ut omnibus se se avide ingurgitent voluptatibus, verborum licentiam præ- ferant, male audiant ob patrata flagitia, omnes- que honestatis, atque urbanitatis leges teruntur du- cant. Putant suavitatem illam, quam in moribus suis offendere gestiunt, atque elegantiam, de qua gloriantur, omnium animis sibi demereri, atque in omnibus societatis amorem conciliare; qua- propter superbia timent, atque existimant, bea- tum esse, qui illos, licet tot diffidentes vitis, in amicorum numero possit adscribere. Videntur to- to volitare furo, omnique in frequentia versari, atque sibi merito verti, si decoris vestibus induti capite scissimam niveamque casariam excutiant; vel etiam nonnumquam negligentiam quamdam ostendant, qua non minus quam affectato corporis cultu omnibus se præbent irridendos. Idem.

Inocen- tia emit- tendæ pe- ricula, in quibus ver- satus adole- scentia.

Quot ubique pericula occurrunt? Quodnam vi- tæ spatium est, ubi plurima non sint extimescen- da? Quot malis est juvenis obnoxia, ubi affectio- nes tunc germinantes per fas nefasque ruunt, ni- hilque intactum relinquunt? Quam vero cladem afferunt cordi, quod adhuc est recens? Experien- tiæ defectus, rationis imbecillitas, inanitas tot ob- jectorum fallentium, atque placentiam fulgor, mol- lis eorum indulgentia, qui torrentem cohibere de- berent, omnia plurimum conferre videntur ad eam ætatem perdendam, in qua maxime est momenti, innocentiam tueri, & in qua lapsus omnes ad fa- lutem sunt funestissimi. Quam difficile est, stare in lubrico, ubi omnia ad innocentiam subverten- dam sedes impium vehemite videntur! Animi ægritudines magis sunt vehementes, objecta majorem ad fallendum habent illecebram; occasiones fre- quenter adfunt, & major inimicorum numerus instat. Cor deditioe facta rebellat, sensus ipsi connumeratis participes sunt, bellumque domi in- clusum est. Vanitas sollicitat, pravorum exemplum torrens rapit. Gratia potens est quidem, ac nemini deest; ad adolescentium voluntas infirma. Affectuum fervor, obsectorum multitudo, morum licentia, voluptatum illecebra prohibent, ne iis, qua suppetant, utamur auxiliis, neque infidæ, quas jugiter fruit hostis, detegantur. P. Croiset Tomo 2. suarum Considerationum.

Cum juxta Christi præcepta instituta fuit adole- scentia, nunquam penitus deleri potest amor eo- rumdem, & habitum piorum, ac innocentium, qui tunc contracti fuerunt; eorum memoria sem- per grata est, atque suavis. Ita cor voluptatis il- lecebra captum, quod repente penitus immutatum videbatur, paulatim ad pristinum statum redit; prout voluptatibus fatigatur, ac desuescit, ad pri- mos redit sensus similemque initio finem vitæ for- titur. Hic peccati status erroris species vocari po- test; qui enim labuntur, locum habent sperandi, fore ut divina opem ferente misericordia respici- ant. Namque propter bene institutam pueritiam manent alta mente reposita sapientia, & religio- nis femina, ferius, ocyus fructum suum allatura; cum e contra, qui nullum pietatis habitum ade- pti sunt, dum per ætatem illorum animus æque bonis, ac malis impressionibus patebat, hanc in semet opem non habent, neque ut fortiter stent, scubi casuri sunt; neque ut in viam redeant, si aliquantisper ab illa recesserint. Liber cui titulus: De l'education des Enfants pour le Sieur Jean Pic.

Ars adolescentem erudiendi, artium omnium prin- ceps est, ac nobilissima. Nihil æque præclarum ac hominum animos, mentesque formare; in illos magnarum actionum femina lacere, eosque præce- ptis atque exemplis ita instituire, ut semet rege- rant, aliis etiam aliquando egregia exempla daturi. Verum cum ars eadem tot amplectatur officia, cumque ejus obiectum sint tot varia inge- nia, propensiones, ac studia, quot sunt alumni, nulla profecto hac majorem exigit curam, labo- rem, assiduitatem, prudentiam, præparationem, patientiam, cognitionem. Idem.

Ex primis illis idelis, quas de se apud alios adole- scentulus adstruit, semper impositum de eodem fertur judicium; quamobrem plurimi referunt præ- clara ponere primordia; videlicet nihil temere, ac sine ulla præcautione operari, præsertim vero præ se minime ferre quamdam licentiam, ac libertatis speciem, quæ familiaris admodum solet esse eo- rum plerisque, qui de obedientia statu egrediuntur; ita enim reparare velle videntur omne illud temporis spatium quod in voluptatibus nequive- runt impendere. Qui hoc de se specimen ab in- eunte ætate præbuerit, diutius communi existima- tione, atque approbatione perfruitur; verum ad- monendus est, si turpis nomini suo nota inuratur a puero, hanc vix, ac ne vix fortasse delendam; atque rem immensi operis, ac laboris esse, ut no- minis gloria, cujus subicit jacturam, reflorescat. Idem.

Ut autem facilis adolescentem egregium aliquid suæ virtutis specimen tribuant, ne constatam sibi haud æquam existimationem delere teneantur, ma- turato præparandi sunt, ut multa primis illis ini- tiis audiant, animi impetum moderentur, amicos sibi comparant, ad quorum vivendi rationem se ipsos informant, aliens advertant defectibus, ut sibi caveant, ne in eosdem illabuntur: aquis ex- cipientur auribus, quin adveniant, laudes eorum, quæ ipsis placere minime possunt; ipsi vero per- raro laudibus alios extollant, quæ enim ea in æta- te laudes tribuuntur, illi ipsi, cui tribuuntur, non satis ad honorem prodesse videntur; nunquam ju- dicium in re dubia ferant, de re nulla gloriantur, quidquid sibi dictum fuerit, æqui bonique faciant, ingenium solidam potius habere malint, quamvis vanum; suas probent sententias, quin tamen illis mordicus hæere videantur; & rationis, & urba- nitatis causa cedant illis, qui pertinaciter nimis suas asserunt opiniones; suavi, lenique vocis tono loquantur, attamen citra affectationem, scubi acci- derit occasio, in qua solent alii vocem attollere; nunquam effutiant seu ex imbecillitate, seu ex vanitate, seu ex loquendi cacochæ, quod proprie creditum fidei alto est silentio obruendum. De- mum vel profus non loquantur, vel semper op- portune loquantur. Idem.

Inter gravissimos juvenum defectus, ubi primum in mundi lucem egrediuntur, ille jure censendum est, quod honorem suum in re minimi momenti agi putant. Illis persuasum debet esse, nominis fa- mam non esse in eo positam, si aliquid infulse di- ctum deprehendant, vel si iracunde respondeant. Qui quædam habent Religionis principia, immo & qui mundum norunt, ac sciunt quam in re honor sit positus, nequaquam injurijs repellunt in- jurias; immo quod alii solide effutiant, etiamfi ad

Ille, cujus pueritia re- de fuit in- stituta, fa- cilis pro- videri ætate re- spicit.

Quam ne- cessarium sit munus pueritiae educandæ, & quid te- queat.

Plurimi referunt, si adolescentem præclarum lux virtu- tis spectu- me dede- rit.

Præcepta, quibus adole- scentes optime educatio- nis exhibi- tationem sibi concili- are possunt.

Quomodo se se gerant adole- scen- tes, ubi primum in mundi lu- cem pro- deunt.

ad ipsos pertineat, labi sinunt, gloriam suam in flustorum, imperitorumque verbis minime sitam putant; & cum se se contineant non possunt, quin a se illatam calumniam depellant, non superbo, neque irato animo alienis dictis adveniant, sed moderate, sapienterque respondent. Nihil est, ubi magis fit adlabandum, quam ut huic me- deantur juveni iracundiam, qua statim corripiuntur, ubi se injuria putant affectos, & alienis di- cteris, falsisque joci petitos. Ex omnibus affectio- ribus, quibus obnoxii sunt, nullus hoc perniciosior esse, nullus magis negotium facessere potest. Idem.

Adolescentes, ubi remoto custode libertatem na- ti sunt, illico malum, quod ignorabant, ediscunt, atque illud gloria sibi vertunt. Quin libertate, qua frui incipiunt, in id utantur, ut tradita sibi egregia præcepta sequantur; e contra in vitium ruunt, eamque vivendi rationem instituant, quæ neque religione, neque ratione coercita profus & honestati, & utilitati, & conscientia, & quieti ipsorum opponitur. Non defectus tantum natura- les, & acquisitos multiplicat; verum eos etiam sibi vendicant, quos fortasse habere non possent, ne inferiores illis viderentur, qui ad extremum uf- que flagitiorum omnium pervenerunt: ita ut gra- viter aliquando delinquant, non quod illic a na- tura corrupta rapiantur, sed ut in omni scelere pro- fituti videantur. Propter habitum in ea ruunt fla- gitia, in quæ ingenio suo non feruntur; atque na- turam in malum pronam, uti saepe in bonum co- nantur, efficiere student proniores. Idem.

Plerique fortunarum iuarum, vel nobilitatis opi- nione ebullunt; ideoque superbi sunt, inofficiosi, contemptores eorum, quos infra se putant, eos vero, qui & honoribus & opibus præstant, nulla excipiunt reverentiam, honore nullo; alienorum of- ficiorum censes, zelotes, & erga æquales asperi,

difficileque. Nihil præter aureas vestes, ornatu- que cogitant, multa se stipatos famulorum caterva circumspiciant, ac plura moliantur sibilis, atque cachinnis excipienda. Summa pernicitate in omne voluptatum genus ruunt, & nihil ipsos a susce- pto itinere detorquere posse arbitrantur. Honestatis, amicitia, prudentia, immo etiam Christianæ Re- ligionis officia illis importuna, ac minime ferenda videntur. Idem.

Eorum ætas, quibus ab ineunte ætate recta, ac religiosa præcepta minime fuerunt tradita, in asse- ctuum suorum nequissima perturbatione adolescit, ideoque probitas, ac fides in fidelibus, iis etiam, qui magis frugi cordatique censentur, deinceps tan- ropere desideratur. Ecclesia conqueritur; res pu- blica luget; dissident familia; publica utilitas ja- cturam subit; juvenus in omne fas, nefasque ruunt; vita humana calumniæ, perfidiaque commercium est; senectus vitiorum, nequitiaque schola; mors vero scelerrum, vel desuetudo, vel supplicium. Verum hæc omnia mala ex hoc uno fonte profe- cta putanda sunt, quod pueritia negligit institutio. Liber cui titulus: De Mundi cognitione.

Cum illis gratulandum est, quod felix, atque Christiana educatio ab ineunte ætate docuit animi ægritudines in ipso superare primordio incondito- que appetitus cohibere: licet enim uniuersique in lucem prodeant non sine corruptionis labe, ac eno- me pondus singulos ad malum trahat fere ante- quam cognoscatur; dici nihilominus potest, edu- cationem, primoque habitum in utramque partem, seu ad vitia, seu ad virtutes amplectendos pluri- mum conferre. Qui ergo a pueritia ea sibi denegare consueverint, quæ legi atque rationi adver- santur, ubi Dei servitio se se addicere velint, ma- turato virtutis gustum, suavitatemque percipient, quin ejus difficultatibus deterrantur.

Recte in- stitutions defectus omnia vi- tæ civilis incommo- da parit.

ADULATIO.

Qui eam patiuntur, & faciunt; Complacentia &c.

MONITUM.

Vitium hoc, in quod non Christiani tantummodo Patres, verum etiam Eibnici philosophi toto peccatore inveciti sunt, nunc quoque non secus ac olim passim viget, atque grassatur; quamobrem non satis miror, quod Evangelicis verbis præcones de suggestu zelum suum in adulatores, atque in adulatores, quæ apud omnes plurimorum flagitiorum causa, immo etiam maximam calamitatum origo habitæ sunt, non satis ostendant. Pauci profecto in hoc argumento ser- mones inveniantur, & equidem me nullum audivisse confiteor. Quænam vero hæjus negligen- tiæ causa afferenda est? Num Concionatores, quia non semper eas laudes respuunt, & plausus, quibus sue conciones excipiunt, ideo huic vitio pepercere, cui & ipsi obnoxii videntur? an quia & ipsi nonnumquam iis blandiuntur, quos satagunt delectare? De illis, qui adeo sancto munere perfuncturi, tantum ne- quitie visum suppeditare, ut ad justæ orationis mensuram exerecere possent oratio; ideoque illos vel satis suo muneris scisse arbitrator, si, ubi se se obtulisset occasio, in hoc vitium erumperent, vel potius contemnen- dum, quam totis viribus impugandum censuisse. Ad id igitur eam, quæ sufficere valeat, materiam in- structuram in ordinem cogam, quidquid hac de re contigit collegisse, postquam monuerit:

1. Adulationem inter, atque Complacentiam tantum similitudinis interesse, ut alteram ab altera se jngen- dam minime duxerim; cum in hoc tantum differant, quod complacentia potest quidem aliquando esse vir- tus, & quidem in hoc vitio commercio necessaria; cum adulatio semper vitiosa sit, ac in sequirem partem semper accipienda.
2. Alienorum defectuum, vitiorum, flagitiorumque tolerantiam, quorum torrens cohiberi non potest, vel quæ dissimulantur, ut bis graviora scelera prohibeantur, a complacentia, atque adulatione esse distinguen- dam; cumque opere facturum pretium, qui de utriusque discrimine auditores suos commoverit.
3. Adulationem, cui aures præbentur, quæque sit, duplex esse peccati genus, ad quod evitandum varia consilia, atque rationes sunt suggerende; posse tamen de utroque in eadem concione verba fieri; alterum enim sine altero esse vitæ potest.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus argumenti lineamenta.

I. Bifariam considerari potest adulatio, ratione tum eorum, qui sibi laudes gestiunt deser- ri, tum eorum, qui aliis adulantur; quod concionis argumentum, atque partitionem potest suppeditare. In priori parte, i. ostendetur infirmitas hæc a- do perdeite vanitatem, hominumque estimatio- nem aucupandi, quæ fluxa, fragilis, atque animo vere Christiano indignissima est. Ita enim ofen- dimus, quam male id intelligamus, quod nostram æstimationem meretur, & quam parum ad illud indispendum adlaboremus. Licet enim Sapiens hortetur, ut fedulam nominis nostri curam gera- mus; ejusdem jacturam facimus, cum vitæ nostræ